



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Editha Virgo. 4. [i.e. 16.] Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

diditibus; abſtine non ſolum illicitis ſed etiam licitis
deliciis. Parvis in rebus ſi contraire aſſueſcas tuis con-
cupiſcentiis, non laborabis in magnis. Domine tuam
cruceſ tuam pro volutus tibi offero in ſacrificium &
immolo omnes meos Spiritui rebelles appetitus, &
in ſpecie quidem, hos.

2. Moriatur in te homo ſpiritualis per immolationem
propriæ voluntatis: quæ fons eſt omnium malorum.
Id tantum velis, quod vult Deus, & ij qui vitam
cem Dei gerunt. Repugna ſemper propriæ voluntati.
Glorioſior nulla victoria eſt, quàm de ſe ipſo. Do-
mine Sacrificium meum ne rejicias, idem velle ac no-
le meum, tecum habere volo, & hoc erit Sacrificium
veſperinum quod Chriſtus obtulit in cruce factus ob-
diens uſque ad mortem, mortem autem Crucis.

3. Mortuus etiam eſt jam pridem in te vetus homo
quando in aqua baptiſmi ſubmerſum eſt peccatum
veteris Adami. ſed an Chriſtum quem in baptiſmo in-
duiſti uſque ad huc retinuiſti? Si vivis adhuc vitam pri-
mæ gratiæ in baptiſmo datæ, gratias age Deo: ſi mor-
tuus eſ ſemel, fac ut recuperes vitam.

S. EDITHA VIRGO.

4. Septembris.

*Oportet corruptibile hoc induere in-
corruptionem, & mortale hoc in-
duere immortalitatem. 1. Cor. 15. 53.*

Ferax

Ferax olim Divorum tellus Anglia, quàm
 cheu! degenerasti, sponte tuas ferebas
 fructus olim, quos jam non nisi gladiis sulca-
 ta, & sanguine rigata donas. Illos inter EDI-
 THA numeratur Edgari Regis filia & Christi
 sponsa, cui amores suos primis annis devovit,
 paranymphos novo more leprosos diligens,
 quos, quò deformiores aspectu erant, hòc
 formosiores & digniores se putabat; ut jam
 coelo id muneris ambiente, non dubitaret
 Angelus pauperem præferre. Porro in de-
 liciis EDITHÆ CRUX fuit, quam cum pingere
 toties manu Dunstanus Antistes vidisset, pol-
 licemprehendens nunquam tabe obnoxium
 esse iussit. Id quod postea factum vidit Anglia,
 cum à morte (quæ ut suavis esset, cantu suo
 Angeli fecerunt) trigesimo die Matri, tum
 anno tertio decimo Dunstano spectandam se
 dedit, monuitque, corpusculum tolleret in-
 tegrum tunc etiam, si membra, quibus in
 mollietate ad levitatem abusa esset, excipe-
 ret. Itum & inspectum monumentum est,
 fidemque fecerunt præter oculos, pedes &
 manus, omnia reliqua à tabo immunia mem-
 bra. Sed & in dextra pollex à putredine fuit e-
 ximius. Quid? quod cum miraculum Canu-
 tus Rex rediret, reserato iterum loculo me-
 dia

videret

dia sepulchro se extulit, manumque injice-
 improbo paravit? Supplicem tamen & in gra-
 tiam recepit, & inter undas postea servavit.
 Magni hæc olim Anglia miracula faciebat
 pluris ego Angliam, si in vitam nobis ED-
 THAS revocaret. *Ex Graf.*

M E D I T A T I O.

De S. Editha.

1. **C**RUX Christi S. Edithæ ita fuit in deliciis, ut
 pollex ille quo pingere solebat cruces, incor-
 ruptus permanserit. Ita amor crucis servat pios; odi-
 autem crucis computrescunt impii. Sunt enim Chri-
 stiani, qui in afflictionibus suis damnant providen-
 tiam Dei, & justitiam Dei arguunt. Heu miseri! quod
 Crux & afflictio ita corrumpit, qui castigati non re-
 sipiscunt! *Urimur & secamur, nec ferri defectione, nec
 cauteriorum adustione sanamur, imò quod gravius
 est, cur à ipsa deteriores sumus.* *Salvian.*
2. S. Editha Angelos comites habuit, in coelum
 abiens post mortem: habebis eosdem tutores in via,
 & ductores ad patriam, si cum Editha imitatus fueris
 Angelorum virtutes. Primò tua charitas more An-
 gelorum se extendat æquè ad egenos, quàm divites:
 tua obedientia sit velox more Angelorum ad mandata
 Dei & superiorum tuorum: Tua justitia sit sine acce-
 ptione personarum: Tua cogitatio sit continua præ-
 sentia Dei: Tua castitas sit ab omni corruptionis fac-
 tore immunis. Sic Angelus eris. *Christus factus est
 homo, ut possit Christianus esse Angelus.* *S. Aug.*

3; Decimo tertio anno post mortem Edithæ inven-
ta sunt membra immunia à tabo præter oculos, pe-
des, & manus, quibus membris in molli ætate abusa
est ad levitatem. Quis tibi usus est horum membro-
rum? *an non scandalizat te oculus tuus, vel pes, vel manus?*

S. HILDEGARDIS V.

17. Septembris.

Tristatur aliquis vestrum? oret

S. Jacob. Ep. c. 5.

Nescio quid de HILDEGARDE sentien-
dum, mundumne deseruerit, an potius
nunquam fuerit in mundo: quippe HX. an-
norum virguncula inter Virgines sacras adle-
cta. Cœlestia ab ipsis cunis videre habuit,
nutuque hæc prodidit, quando sermone non
potuit. Litteras, quas nunquam didicit, scri-
psit tamen, easque non suâ linguâ: atque ut
cantaturam scires olim, quod canere alii de-
sperabant, carmen, jam tunc absque Docto-
re scitissimè modulabatur. Vatum etiam sa-
crorum oracula fideique nostræ volumina le-
gebat & explicabat puella, ut ipsissimam sæ-
culi illius Sibyllam Bernardus laudaret, & in
concilio Rhemensi Eugenius PP. probaret.
Cæterum visa cœlestia morbus comitabatur
ferè continuus, qui castigabat scilicet timi-
dam,